



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

59. An Pontifex aliquando suppleat jurisdictionem in Ministro  
Extremæ-Vnctionis? Et supponitur, quod solus Sacerdos est Minister  
Extremæ-Vnctionis; quare quævis Vnctio à laico, imò à Diacono in ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)



RESOL. LIX.

An Pontifex aliquando suppleat iurisdictionem in Ministerio Extreme Unctionis?

Et supponitur, quod solus Sacerdos est Minister Extreme Unctionis; quare quavis unctio a laico imo a Diacono in quocumque euentu facta non erit Sacramentum.

Et an hoc Sacramentum ministrandum non requiratur, ut Sacerdos sit expositus, & ad confessiones audiendas approbatus?

Et an Parochus publicè excommunicatus possit licentiam concedere Sacerdoti ad hoc Sacramentum ministrandum?

Et explanatur, quod & si valide hoc Sacramentum a quouis Sacerdote administrare possit, non tamen licet nisi in extrema necessitate, vel de proprij Pastoris tacita saltem licentia: quare Religiosi, qui sine licentia speciali Pastorum personis non Religiosis hoc Sacramentum, vel Eucharistiam conferunt, incurrunt penam excommunicationis ipso facto. Ex part. 8. tit. 1. Resol. 6.

§. I. **S**uppono, & dico primò, quod solus Sacerdos est minister sacramenti Extreme Unctionis. Probatur ex Iacobo cap. 5. *Inducat Presbyteros Ecclesiam*: licet enim nomen Presbyter significet aliquando, Senem; in nouo Testamento, at iuxta declarationem Ecclesie significat, Sacerdotem, nec moueat quemque, quod Iacobus agat de Presbyteris, non de Presbytero, id enim non significat requiri plures Sacerdotes ad conficiendum hoc Sacramentum, cum certum sit vnum sufficere, sed solum denotat, Sacerdotes esse ministros Extreme Unctionis, siue vnum, siue plures, prout fuerit necessarium pro multitudine infirmorum.

2. **S**ecundò Probatur, quia ita definitum est à Concilio Tridentino *sess. 14. in canonibus, de Extreme Unctione*. Unde certa est assertio postea secundum fidem. Aduerendumque est, non in eo tantum sensu eam esse veram, quod nimirum ex officio, & ordinariè, solus Sacerdos possit vngere, sed etiam quod nullus alius potest Extremam Unctionem conficere: quare quavis unctio à laico, imò à Diacono in quocumque euentu facta non erit Sacramentum.

3. Nec obstat dicere, quod Innocentius I. in *epist. 1. cap. 8. ad Decemium*, ait, non solum Sacerdotibus, sed omnibus Christianis licitum esse vti hac unctio: ergo non est solius Sacerdotis hoc Sacramentum ministrare. Propter hanc autoritatem Thomas V. Valdensis putauit, posse laicum in absentia Sacerdotis hoc Sacramentum ministrare. Sed hoc plusquam falsum. Sotus in *4. dist. 2. quest. 2. art. 1. censet*, hoc loco Pòtissimum non loqui de unctioe sacramentali, sed de unctioe, quæ devotionis causa ad infirmitatem curandam antiquitùs utebantur etiam laici. Verùm hæc Soti responsio vix textui accommodari potest.

4. Dicendum igitur est, citata verba Pontificis non esse intelligenda de vtu actiuo, sed passiuo huius Sacramenti: constat ex textu, in quo de hoc vtu passiuo, immediatè antè locutus fuerat Pòtiffex. Explicàs enim verba Iacobi, ita scribit: Quod nõ est dubiù de fidelibus & grotatibus accipi, vel intelligi debere, qui sancto oleo Chriftismatis perungi possunt. Post quæ verba statim subiungit, Quo, nempe Chriftimate ab Episcopo cõfecto, non solum Sacerdotibus, sed omnibus vti Christianis licet in sua

G 3 aut

3. Ex quibus patet Presbyteros posse ex commissione Pontificis, & potestate extraordinaria benedicere oleum sacramenti Extreme Unctionis, & Innocentium I. similiter, & Concilia, quæ videntur aliud dicere, intelligi de potestate ordinaria, id est, quod solis Episcopis ordinaria potestate vi sua ordinationis competat benedicere oleum infirmorum non vero aliis negare extraordinariam potestatem. Hincque Præpositus.

4. Sed his non obstantibus negatiuam sententiam ex Bellarmino, Suarez, Coninck, Layman, Filliucio, & Nugno, docet nouissimè doctissimus Pater Amicus in *Curs. Theolog. tom. 8. disput. 19. sect. 3. mem. 47.* & fundamentum huius sententiæ adducit: nam eadem Concilia, quæ definiunt, materiam huius Sacramenti esse oleum ab Episcopo benedicendum, simul probant, non posse ab alio, quàm ab Episcopo validè benedicì. Quia cum absolute, & absque vlla limitatione hoc asserunt, nullum relinquunt fundamentum contrarium opinandi. Dicere autem, quod Concilia solum definiunt materiam, quæ de facto ex vtu, & praxi Ecclesie huic Sacramento supponitur, est Conciliorum auctoritatem enurare ad materiam huius Sacramenti stabilendam. Nam pari ratione quis dicit, cum Concilia definiunt, materiam huius Sacramenti esse oleum benedicendum, non definire materiam, quæ essentialiter ad hoc Sacramentum requiritur, quæ de facto Ecclesia vitur: & sic tolleretur omnis benedicìo tanquam aliquid essentialiter requisitum ex parte materiae, quod nullus cordatus Theologus admittit. Confirmatur: nam dum Concilia huic Sacramenti materiam tradunt, non dicunt, illam ordinariè esse oleum ab Episcopo benedicendum, vti dicunt, cum assignant ministrum sacramenti Confirmationis, sed absolute pronuntiant, esse oleum ab Episcopo benedicendum: quod non leue argumentum est, in secundum dispensationem cadere posse, non in primum.

5. Deinde, quando Concilia assignant ministrum sacramenti Confirmationis, non dicunt absolute ministrum huius Sacramenti esse Episcopum, sed addunt, ordinatum, vti significant extraordinarium posse esse alium ab Episcopo. Cum verò assignant materiam Extreme Unctionis, non dicunt, ordinariè, sed absolute esse oleum ab Episcopo benedicendum. Præterea in ministro sacramenti Confirmationis est aliquando in Ecclesia Dei dispensatum; in materia autem Extreme Unctionis, nunquam legitur fuisse dispensatum, vti vel in oleo non benedicendo, vel benedicendo tantum à simplici Sacerdote fuisse hoc Sacramentum cõfectum. Quod autem semper fuit in Ecclesia seruatum, habetur pro indispensabili. Et hæc sunt placita DD. circa præsentem questionem.

6. Ego verò vtramque sententiam probabilem esse existimo, licet secundam probabiliorem; & idèò præter DD. citatos, primam sententiam affirmatiuam probabilem etiam putat Azor. & Bonac. in *reale Aucta de Sacrament. Extrem. Vnct. sect. 2.* vbi citat Petrum Arcadium de *concord. Eccles. Orient. & Occident. lib. 5. cap. 2.* afferentem ex antiquo tempore apud Græcos, Sacerdotes, ex commissione Summi Pontificis benedicere oleum infirmorum. Et reuertà apud me vget nimis hoc argumentum, nam si Summus Pontifex non posset concedere materiam simplici Sacerdoti, vti benedicere oleum Extreme Unctionis, sequeretur, Ecclesiam Græcam vsque adhuc caruisse, & carere hoc Sacramento; quod dicere videtur absurdum. Ergo, &c.

Tom. III.

hoc in  
2. r. 1.  
1. r. 1.  
1. r. 1.  
1. r. 1.  
1. r. 1.  
1. r. 1.  
1. r. 1.  
1. r. 1.  
1. r. 1.  
1. r. 1.



aut suorum necessitate, quæ verba eum sint declarativa præcedentium, referunt eundem sensum.

Sup. conten-  
to in hoc  
lege doctri-  
nam. & 88  
aun. & seq.

Dico secundo, quod etiam validè hoc Sacramentum a quovis Sacerdote administrari possit, non tamen licitè, nisi vel in extrema necessitate, vel de proprio Pastoris tacita saltem licentia. Vnde in Clementina de privilegiis, ipso facto excommunicantur Religiosi, qui Clericis, aut laici, præsumptè absque Parocho licentia in articulo mortis tam hoc, quam Eucharistiæ sacramentum ministrare. Dicitur, qui presumpserint, nam qui vel ignorantia, vel sub rati habitatione id fecerit, communicationem non incurrit, quæ soli Papæ reservata est. Dicitur, Clericis nempe secularibus, & laicis: nam si hoc Sacramentum à Religiosis ministraretur aliis Religiosis, non incurritur excommunicatio. Dicitur, nisi extrema necessitate; quoniam in eo casu Ecclesia non censetur cum tanto damno infirmis velle Sacerdotem excommunicationis vinculo innotare.

Sup. hoc in  
tom. 1. tr. 4.  
Ref. 15. vt  
& in Ref. 29  
per totam.

6. His suppositis, difficultas est, an si Parochus in articulo mortis non vult ministrare Sacramentum Extremæ unctionis infirmo, neque vult præbere licentiam alicui simplici Sacerdoti, vt illud ægro conferat; an, inquam, in tali casu Summus Pontifex suppleat iurisdictionem, ita vt talis simplex Sacerdos possit sine peccato, non solum validè, sed etiam licitè Extremam unctionem infirmo ministrare, quod erat quaesitum huius resolutionis: & respondeo affirmatiuè cum Granado in 3. part. controu. 8. tract. de sacram. Extrem. vnt. disp. 1. n. 5. ubi sic ait: Dubitari potest, an sufficiat licentia tacita vel præsumpta proprii Pastoris, vt Sacerdos secularis, vel religiosus possit alicui ministrare hoc Sacramentum. Respondetur cum Soto in disp. 23. quæst. 2. art. 1. quando clarè præsumitur proprium Pastorem id velle; tunc posse licitè ministrari hoc Sacramentum à quolibet Sacerdote. Vnde rectè addunt Suarez disp. 44. sect. 2. & Henriquez cap. 13. §. 4. si ægrotus sit iam proximus morti, & obtineri nequeat licentia à proprio Parocho, siue quia abest, siue quia non vult illam concedere; posse alium Sacerdotem conferre illi hoc Sacramentum, quia proprius Parochus non est rationabiliter inuitus, & saltem credi debet, Summum Pontificem id tunc velle, ne æger privetur hoc Sacramento, quod licet non sit de necessitate salutis, est tamen vtile, & acci-

Sup. hoc ad  
litteram in  
§. 1. Refol. 2  
not. præteri-  
ta.

dere potest, vt ab eo pendat salus æterna; si nimium virtute illius Sacramenti consequatur remissionem peccatorum mortalium, vt aliquando obtinere potest. Ita Granadus, cui adde Amicum tom. 8. disp. 19. sect. 8. n. 150. Aversam de sacram. Extrem. vnt. sect. 10. qui, me citato, optime observat, quod quamvis Sylvester, & D. Antonius, 3. petit. 24. non concedat Religiosis ob talem necessitatem, & præsumptam licentiam ministrare, stante illa speciali prohibitione, & censura eos percuciente: tamen non est putandum Pontificem voluisse pro tali casu loqui, sed vere etiam Religiosi tunc poterunt absque excommunicationis periculo, vel peccati scitipulo ministrare; quia in tali casu, vt diximus, censura non ligat illos, & Pontifex præbet iurisdictionem contra irrationabilem voluntatem Parocho: quod etiam docet Moure in medulla casuum part. 3. cap. 10. §. 1. num. 8.

Sup. hoc su-  
pra in Ref.  
17. §. Aduer-  
tendum. & si  
placet lege-  
re etiam do-  
ctrinam al-  
terius Refol.  
annor.

7. Et tandem non deseram hic apponere verba Ochagavia de Sacram. tract. de Exiv. vnt. quæst. 8. num. 8. sic asserentis: Non est tamen silentio prætereundum, quemvis Sacerdotem extra casum necessitatis sine licentia Parocho validè ministrare hoc sacramentum quia non est actus iurisdictionis, non tamè licitè, saltem sine rati habitatione, quia con-

ferre Sacramenta attinet ad officium Pastoris. Quare Religiosi, qui sine licentia Pastorum speciali, personis non religiosis Sacramentum hoc conferunt, incurrunt poenam excommunicationis ipso facto, ex Clementina 1. de privilegiis Alij Sacerdotes tamen propter hoc non excommunicantur, licet, graniter peccent, in necessitate tamen, quando ægrotus esset moriturus sine hoc Sacramento, quilibet Sacerdos potest licitè illud ministrare, etiam Parocho dissentiente, quia Ecclesia dat in eo casu iurisdictionem; ita recentiores Theologi, & merito, quia Sacramentum est magnæ utilitatis; vnde credendum est, piam matrem Ecclesiam concedere in isto casu facultatem cuilibet Presbytero, ne homines tanto beneficio priuentur. Ita illeque etiam adde Villalobos in summa, tom. 1. tract. 10. diffi. 6. num. 3.

Sup. hoc me-  
lius in tom.  
2. tr. 4. Refol.  
29. post me-  
dium, vsque  
in finem.

8. Notandum est tamen hic obiter, quod nec ad hoc Sacramentum ministrandum requiritur, vt Sacerdos sit expositus, & ad confessiones audiendas iuxta Tridentini decretum approbatus, cum hoc nullam requirat in administrante iurisdictionem, cum non sit Sacramentum iudiciale, vt est Sacramentum Pœnitentiæ. An autem possit Parochus publicè excommunicatus licentiam concedere Sacerdoti ad hoc Sacramentum ministrandum, Negat Suarez disp. 34. sect. 2. num. 5. Affirmant verò communiter alij, & quidem probabilissimè, eò quod licentiam concedere ad hoc Sacramentum ministrandum, non sit actus iurisdictionis, quæ publicè excommunicatus priuatur. Vide Petrum à sancto Ioseph in idea Theologia sacrament. cap. 34. refol. 4. & alios.

RESOL. XL.

An Pontifex possit permittere, vt tempore pestis ex penuria Sacerdotum possit ministrari Sacramentum Extremæ unctionis unica unctione?

Et an in periculo contagij sufficiat unica unctio in aliqua corporis parte?

Et inter alia quæ circa hoc explanantur, tandem inferatur Parochum tempore pestis non tæteri administrare Sacramentum Extremæ unctionis cum periculo vite, si infirmus saltem confessus fuerit?

Et explanatur licitum esse in administratione Sacramenti, vt opinione probabiliori, relinquitur probabiliori. Ex part. 8. tr. 1. Refol. 21.

§. 1. Videtur respondendum negatiuè; nam unctiones quinque sensuum esse necessitate Sacramenti, tradunt communiter Doctores, D. Thomas, Bonaventura, Richardus, Durandus, Adde, & in Maior, Gabriel, Paludanus, Sotus, Valentia, & Suarez, quos citat, & sequitur Tannerus tom. 4. de sacram. tract. de Extrem. vnt. quæst. 3. num. 14. Petrum à S. Ioseph in idea Theolog. sacram. cap. 34. refol. 2. Ioansem Petit in Theolog. sacram. tract. 6. sect. 90. Hurtadum de Sacram. Extrem. vnt. diffi. 6. & alios, Probatur hæc opinio ex consuetudine Ecclesiæ, quæ semper infallibiliter vngit in quinque sensibus. In quo nunquam est dispensatū. Et confirmatur, quia sicut contritio cordis, & confessio oris sunt partes essentielles sacramenti Pœnitentiæ; & quia ordinantur ad eundem finem scilicet ad efficiendam satisfactionem Deo pro peccatis commissis, idè constituant idem Sacramentum, & finem.

Sup. doctri-  
na huius  
textus in  
tom. 2. tr. 4.  
Ref. 12. §.  
Adde, & in  
Refol. 16. §.  
Terria. & le-  
ge ibi do-  
ctrinam Ref.  
20. per totam  
& signanter  
§. 2. & in  
tom. 1. tr. 8.  
Refol. 12. §.  
Confirma-  
tur, & sequit  
& ne deseras  
videre do-  
ctrinam Ref.  
& 88. nota  
seq. & in  
tom. 2. tr. 4.  
ex Ref. 40.  
vlt. cuiusm  
inter mediis  
& finem.

Et